



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 513. Specialis an & qualiter inducatur irregularitas per actum, de quo dubitatur, num sit obnoxius irregularitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73982)

Insuper ad quamcunque irregularitatem ex delicto dolum seu contemptum requirunt. Abb. in c. pastoralis. §. verum. de appellat. n. 15. Dominic. in c. solet. de excomm. in 6. Felin. in c. Rodulphus. de rescript. n. 43. Nav. in c. accepta. de Res. Spol. ad opposit. 7. n. 34.

Quæst. 513. Specialis, an & qualiter inducatur irregularitas per actum, de quo dubitatur, num sit obnoxius irregularitati.

1. Resp. primò: supponendo tamen casu quo dubitatur, num irregularitas per legem seu jus alicui actui annexa (quod dicitur dubium juris) quam, dum quis certus irregularitatem annexam dubitat, num commiserit talem actum (quod vocatur dubium facti) dubitantem teneri sub gravi peccato competentem diligentiam adhibere ad investigandam veritatem, & interim abstinere à præstandis irregulari prohibitis, ne se exponat periculo incurrendi irregularitatem, ita tradunt Suar. l. c. f. 5. n. 12. Salas. c. 2. q. 21. rr. 10. d. unic. f. 18. n. 164. Sanch. l. 1. in decalog. c. 10. n. 37. Hurtad. de irregul. difficult. 3. n. 10. Castrop. l. c. n. 3. Arg. c. 5. de Cler. excom. ministr. quamvis Salas n. 169. id ita limitet; nisi dubitans interim, dum dubium examinatur, pariatur gravem incommoditatem vel damnum, reputando se pro irregulari, quia v. g. elabitur occasio suscipiendi ordinem vel obrinendi beneficium alteriusve lucris, eò quod lex videatur in casu dubio tam rigidè non obligare, cui licet consentiant Sanch. & Castrop. l. cit. non censendum grave damnum præterire occasionem suscipiendi ordinis. Sed de hoc postremo statues meliùs ex sequentibus. Unde

2. Resp. secundò: si quis adhibitâ diligentiam, ex probabilibus rationibus judicet, tali facto annexam non esse irregularitatem, aut se non commisisse factum, cui ea ipso jure annexa, poterit is rectè reputare se liberum ab irregularitate, quia prudenter agit adhærendo tali opinioni sibi probabili: sed neque æquum videtur, se in ea probabilitate subjicere tam gravi pœnæ, & ita cum Hurtado l. c. tenet Castrop. l. c. n. 4. si verò adhibitâ debitâ diligentiam non possit quis tale iudicium efformare, sed hæreat dubius, sive dubio juris, sive dubio facti, adhuc neminem reputare & gerere se debere ut irregularem, quousque accedat sententia iudicis, iudicantis de jure annexam tali delicto irregularitatem, aut illud delictum esse, cui ea annexa, docet Henriq. de irregul. l. 14. c. 3. n. 3. & c. 14. n. 3. quod ipsum probabile pro foro conscientie reputat Covar. l. c. p. 2. f. 2. n. 5. inque hanc sententiam inclinat Suar. l. c. f. 6. n. 10. & pro ea plures neotericos refert Rebell. de oblig. just. l. 1. q. 3. f. 2. n. 13. probatque potest ex eo, quòd, ut dictum, irregularitas nisi in casibus in jure expressis non contrahatur, in jure autem expressum non sit, teneri quemlibet in foro conscientie se habere in dubio pro irregulari, & textus in contrarium adducti loqui videantur de foro externo, prout ostendit Castrop. l. c. n. 4. contrarium nihilominus huic sententie, nimirum remanente dubio quemlibet reputandum irregularem pro foro conscientie, non tamen condemnandum ut talem in foro externo, tenent Nav. c. 27. n. 193. Philarch. de off. sacerdot. Tom. 1. p. 1. l. 4. c. 6. not. 2. aliique plures, quos refert Sanch. in decal. c. 10. à n. 39. quia in foro conscientie pars tutior est sequenda; in foro externo, dum delictum non probatur, reus est absolvendus, quin etiam, tam in du-

bio juris, quam facti, dubitantem, tam in foro conscientie quam foro externo, tam ad effectum petendi dispensationem, quam abstinendi, à celebratione missæ, & ut Judex condemnet, sufficere dubium, reputandum esse tenent Covar. l. c. in pr. n. 3. Suar. l. c. f. 6. n. 1. Avil. p. 7. d. 2. dub. 5. concl. 1. Vasq. 1. 2. q. 19. a. 6. d. 65. c. 3. & alii apud Castrop. n. 6. quem vide,

3. Resp. tertio: de cætero prætermisissis aliis sententis melius sic absolute distinguitur, quod, dum est seu manet dubium juris, dubitans in nullo foro sit irregularis, aut teneatur se habere pro tali, ita absolute tradunt Sayr. l. 6. thesaur. c. 2. n. 15. Mol. rr. 3. de just. d. 67. n. 5. Sanch. l. 1. in decal. c. 10. n. 42. Suar. de cens. d. 40. f. 5. n. 4. Avila p. 7. d. 2. du. 4. Castrop. l. c. p. 1. n. 7. Wiestn. h. r. n. 41. ex eodem principio, quòd ob nullum factum irregularitas incuratur, nisi in jure expressum, juxta cit. c. is qui. de sent. excomm. in 6. unde in tali dubio dubitans judicare debet, aut etiam potest, irregularitatem annexam tali facto, insuper nemo teneatur ad observationem legis, nisi cui lex sufficienter promulgata; lex autem irregularitatis incurrendæ non sit sufficienter promulgata respectu talis dubitantis, atque ex his rectè infert Castrop. l. c. quòd, qui in dubio juris ante adhibitam diligentiam suscepit ordines, peccet quidem graviter, possit tamen postmodum post adhibitam diligentiam ad vincendum dubium, manens dubius licite exercere Ordines, eò quod iniqua susceptio Ordinum non impediatur licitum usum eorum, sed irregularitas, qualis cum nulla sit stante dubio juris, dictus usus licitus impediri nequit, pro quo citat Sanch. in decal. l. 1. c. 10. n. 46. Bonac. de irregularit. d. 7. p. 5. n. 5. Quod verò attingit dubium facti homicidii, quo quis dubitat, num ipse commiserit homicidium, cui annexa à jure irregularitas, seu num illud secutum ex vulnere à se inflicto, an verò ex inflicto ab alio (dum plures vulnerarunt) vel ex imperitia Chirurgi; aut culpâ vulnerati; num abortus ex suo consilio aut pharmaco à se præbito, an ex alia causa secutus, teneri dubitantem se pro irregulari habere, eumque ut talem judicandum in foro externo, non quidem absolute quòd ad omnes effectus irregularitatis, v. g. privationis beneficii aliarumque pœnarum, sed quòd ad solum effectum abstinendi ac celebrandi missam, querendique dispensationem (in his enim tantum imminet periculum animæ, ut Castrop. n. 8. Salas. c. 2. rr. 8. d. unic. f. 19. n. 276. Hurtad. de irreg. difficult. 4. cum Abb. in c. significasti. de homicid.) perspicue decisum est c. ad audientiam. c. significasti. c. petitio de homicid. huicque juris decisioni inhærent Nav. c. si quis autem. de pœnit. à n. 35. Covar. l. c. p. 1. initio n. 3. Azor. t. 1. l. 2. c. 19. q. 10. in fine & q. 11. Suar. l. c. f. 5. n. 18. & 19. Sayr. l. c. n. 16. & in claus. Reg. l. 1. c. 18. n. 22. Rebell. l. c. Sanch. l. c. n. 43. Valent. Tom. 4. d. 7. q. 19. p. 2. not. 3. Mol. rr. 3. d. 67. n. 5. Castrop. l. c. n. 8. De cætero etsi idem de dubio aliorum criminum obnoxiorum irregularitati satis probabiliter dicant Abb. in c. ad audientiam. de homicid. Sylv. v. dubium. q. 4. n. 7. Tabien. q. 2. n. 3. Covar. Azor. Valent. Sayr. Rebell. Hurtad. nisi hoc principio: in dubiis pars tutior eligenda, quod in aliis omnibus quoque materiis seu delictis dubiis æquè ac in homicidio tenendum, nihilominus verisimilius & probabilius contrarium, nimirum neminem extra dubium homicidii censendum esse irregularem, sentiunt Nav. l. c. n. 41. Suar. l. c. f. 1. n. 8. & 11. Sanch. l. c. n. 48. Avil. p. 7. d. 2. du. 5. concl. 2. Bo-

2. Bonac. de irregul. d. 7. p. 5. n. 2. Castrop. n. 9. ex ea ratione aliquoties allata: quod non contrahatur irregularitas, nisi in casibus in jure expressis, in jure autem expressum non fit, incurri illam in dubio facti extra casum homicidii, quodque nemo teneatur privare se libertate suâ, nisi quis lege aliquâ ad id cogatur, nulla autem existeret lex privans delinquentem dubium libertate suscipiendi Ordinis, nisi in casu homicidii dubii. Neque his obstat potissima ratio sententiæ oppositæ, nempe in dubiis sequendam partem tutiorem; nam est, Pontifex innitatur illi, non tamen innititur illi tanquam principio necessarii observando, sed tanquam principio, quod observari maximè decet, quod licet communè sit aliis materiis omnibus, utpote continens consilium prudentissimum, quia tamen in irregularitate homicidii efficacius procedit propter indecentiam specialem, quam secum in clericis affert homicidium, ideo Pontifex disposuit, ut in dubio homicidii censeatur quis irregularis, quam dispositionem ad alias materias non extendit, ita cum Sauch. l. 2. de matrim. d. 41. n. 9. Castrop. l. c. n. 10.

Quæst. 514. Num irregularitas incurrat ab ignorante eam annexam delicti?

Resp. In eo non convenire AA. siquidem id negant Innoc. in c. à nobis de sent. excom. Nav. in man. c. 17. n. 274. Philarch. de off. Sacerd. p. 1. l. 3. c. 4. Bonac. de centur. q. 2. p. 1. n. 13. apud Wiestn. h. t. n. 46. ex ea ratione, quod irregularitas ex delicto, eo ipso quod obliget ad executionem sui, sit delicti pœna omnino extraordinaria, quæ ab ignorante non incurritur, cum exigat consensum saltem tacitum in culpam, adeoque & notitiam præviam illius, prout tali pœnæ subita, Arg. c. fin. de constit. in 6. & c. proposuisti. dist. 82. quorum priore censura, posteriore depositio non incurritur ab eo, qui has pœnas delicto per legem ecclesiasticam impositas ignorat. Contrarium tenent Suar. de cens. d. 40. s. 5. n. 9. Valq. de excom. du. 16. Castrop. l. c. p. 6. n. 3. Hurtad. diff. 8. n. 29. Avil. d. 1. du. 7. concl. 2. Wiestn. h. t. n. 46. eò quod aliud sit de irregularitatibus in hoc puncto, quam de censuris aliisque pœnis, cum irregularitates non sint medicinales, uti censura, nec puræ pœnæ, qualis est depositio, sed quædam inhabilitates, ob sacri ministerii honorem & reverentiam certis delictis constitutæ à jure removere tanquam indignos, qui se talibus voluntariè inquinant, adeoque incurri possunt ab ignorantibus eas tali delicto statutas. Et certè, si ad irregularitatem necessarium esset cognoscere eam annexam delicto, jam homicida id ignorans libere ad Ordines promoveri posset, quod falsum esse, vel ex eo confirmatur, quod Judex etiam juste reum tradens morti illam incurrat, etsi nesciat eam annexam huic suo facto, adeoque multò magis occidens aliquem injustè.

Quæst. 515. Ex quibus delictis & qualiter oriatur irregularitas?

Resp. ex sequentibus: Primò ex rebaptizatione scilicet, scienter, & saltem solenniter seu publicè facta incurri irregularitatem à rebaptizante, cum communi tradunt Bonac. de irregul. d. 7. q. 3. p. 3. n. 1. & 2. Laym. l. 2. ir. 5. p. 5. c. 2. n. 1. Hurtad. de irregul. d. 2. diff. 1. Suar. Tom. 3. in 3. p. d. 31. s. 6. vers. sed ad hæc. Cönninck. d. 18. du. 5. à n. 34. Avil. p. 7. de irregul. d. 7. l. 7. du. 1. Nav. cit. R. P. Leuw. Jur. Can. Lib. 5.

c. 27. n. 246. Castrop. l. c. p. 16. n. 1. Idem de ministrante ex officio rebaptizanti dicitur. c. ex literarum de apostatis. & juxta illud AA. jam citatis, quam tamen irregularitatem contractam à ministro non esse absolutam & totalem, cum non privet usu & exercitio Ordinis habitus, sed solum susceptione ordinum necdum habitorum, & ascensu ad Ordines superiores, ut dicitur cit. c. ex literarum, & tenent AA. jam citati. De cætero dixi tamen primò: scienter facta; quia eam non incurri à rebaptizante illum, quem probabiliter credebatur non esse baptizatum, cum dici nequeat iteratò factum, quod factum ignoratur. c. unic. de Clerico per saltum promot. ac ideo quamlibet ignorantiam ab hac irregularitate excusare, modò non sit crassa & supina, quia ad eam incurrendam requiritur dolus seu culpa lata, tenent Bonac. cit. p. 3. n. 3. Laym. cit. c. 2. n. 1. Castrop. l. c. n. 4. quamvis tamen illam evitari etiam ab iis, qui temerè sine ulla præmissa diligentia in veritatem inquirendi rebaptizant sub hac conditione: si non es baptizatus: probabilius sentiant Nav. l. c. Laym. l. c. vers. 4. Suar. l. c. s. 6. du. 5. Avil. l. c. du. 3. Bonac. l. c. n. 4. Hurtad. l. c. Castrop. l. c. n. 5. Cönninck. l. c. n. 38. & alii apud illos, eò quod vi illius conditionis appositæ actu suspenso ablutio illa exterior non sit rebaptizatio, ideoque non subjecta irregularitati, contrarium tamen affirmantibus Soto in 4. dist. 3. a. 9. Ugol. de irregul. c. 35. §. 3. Sayr. l. 7. c. 8. n. 23. eò quod velint conditionem illam haberi pro non adjecta. Porro extendi hanc irregularitatem, etiam arcentem à susceptione Ordinum eorumque susceptorum usu non tantum ad culpabiliter ignorantes se baptizatos, sed inculpabiliter ad ignorantes, & sine culpa permittentes se rebaptizari, docent S. Antonin. 3. partit. 14. c. 11. §. 12. Palud. in 4. dist. 6. q. 4. a. 1. concl. 2. Sylv. v. baptism. 5. q. 3. Vivald. ir. de irregul. n. 40. Majol. l. 3. de irreg. c. 14. verum tamen contrarium communius tradunt Sorus, Nav. L. L. cit. Castrop. n. 8. Suar. in 3. p. d. 31. s. 6. & de cens. d. 42. s. 1. n. 10. Valent. Tom. 4. p. 7. d. 19. p. 3. §. 5. Sayr. l. 7. thes. c. 8. à n. 8. Sa. v. irreg. ex uerat. Avil. l. c. Laym. l. c. juxta c. placuit. & c. qui apud. 1. q. 4. Dixi secundò: facta saltem solenniter seu publicè; nam, ut contrahatur irregularitas ex hac reiteratione maximè in rebaptizante, sufficere, rebaptizationem esse occultam, tenent Host. in cit. c. ex literarum. Sayr. l. c. n. 6. Bonac. l. c. n. 9. Cönninck. l. c. n. 36. Henriq. l. 14. c. 4. n. 5. Avil. l. c. d. 7. du. 1. eò quod c. qui in qualibet 1. q. 7. & C. qui bis, nullatenus publicitas criminis iterationis requiratur, unde Abb. in c. ex literarum. n. 1. Sylv. v. irregularitas 9. q. 4. Laym. Hurtad. aliique apud Castrop. l. c. n. 3. absolutè docent irregularitatem à rebaptizante, non contrahi iteratione baptismi occultâ, ex qua si contraheretur, in ea dispensare potest Episcopus vi Trident. sess. 24. c. 6. de reform. dum aliàs, si publica est, spectato jure communi in ea solus Pontifex dispensare potest, Bonac. l. c. d. 7. q. 3. p. 3. à n. 9. Sayr. l. c. Castrop. l. c. n. 14. Et hæc de irregularitate orta ex iteratione baptismi locum non habere in reiteratione aliorum sacramentorum imprimendum characterem, puta confirmatione & ordine, verius docent Sylv. v. irregularitas. 9. q. 4. Palud. dist. 7. q. 2. a. 1. concl. 2. Scotus in 4. dist. 5. q. 5. Laym. l. c. c. 2. circa finem. Filliuc. ir. 19. c. 7. q. 1. Reginald. l. 30. ir. 2. n. 178. Bonac. de irregul. d. 7. q. 1. n. 7. Sayr. l. 7. thes. c. 8. n. 28. Covar. Clem. si furios. 1. p. in pr. n. 8. vers. sed & Castrop. cit. p. 16. n. 13. & alii apud illum, contra.